



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Responsio Sancti Athanasij Episcopi Alexandrini num quis sine fide
baptizari possit. Capvt CXCVIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Ecclesia fuere certamina, vt illud de eo scriptum
 esse videatur, quòd dictum est: Ego ostendam ei,
 quanta pro nomine meo illum oporteat pati. Nā
 in eius persecutionem totus conspirauit orbis, cō-
 moti sunt Reges terræ, & gentes, regna, exereituf.
 q; contra illum conuenerunt. Prò ipse diuinum
 illud eloquium opere implebat, quo dicitur: Si
 consistant aduersum me castra, non timebit cor
 meum. Si exurgat aduersum me prælum, in hoc
 ego sperabo. Verè enim tanta illius, ac talia ferun-
 tur opera, vt magnitudo quidem rerum nihil me
 præterire persuadeat, multitudo verò gestorū plu-
 rima tacere compellat, Fluctuatq; ambigua mēs,
 neq; planè dignoscere valet, qd conscribere quid
 ommittere debeat. Atq; ideo paucorū meminim⁹,
 quæ ad rē pertinent. Reliqua verò fama enarrabit,
 quæ profecto minora, quàm se habeat veritas, enū-
 ciabit. Veritati quippe nihil addere poterit.

*1. Ecce quomodo qui rite baptizati sunt, non debent
 iterum baptizari.*

*Responsio Sancti Athanasij Episcopi Alexandrinum
 num quis sine fide baptizari possit.*

C A P V T C X C V I I I.

INTERROGATVS est aliquando prædi-
 ctus sanctus Athanasius postquam Alexan-
 drię Episcopus constitutus fuit, an posset quis
 piā sine fide baptizari secundum ritum, & prædi-
 cationem Christianorum: aut si credere se simu-
 lans, aliquib. alijs occasionibus batizatus fuisset,
 quid de illo sentiendum, aut quomodo susci-
 piat illum Deus. Et respondit dicens: Audiui a-
 liquando à senioribus nostris quod beato Petro
 Episcopo, & martyri, cum facta esset mortalitas,
 & pleriq;

& plerique ad baptismum mortis timore confugerent, apparuerit Angelus humana specie dicens: Quoad huc mittitis marsupia ista, signata quidem, inania autem profusa, & vacua, & nihil intus habentia? Erunt itaque, quantum ex Angeli voce conijcere licet, signum habentes baptismi, quoniam & beneficium aliquod existimauerunt se consequi, si baptismum susciperent, atque ideo baptisati sunt.

Relatio de senes quodam simplice, qui cum Sacramento offerret, Angelos videbat.

CAPVT CXCI X.

Narrauit quidam patrum quod senex quidam mundus, & sanctus existens, cum offerret ¹ sacramentum, videbat Angelos sibi dextra, leuaque assistentes. Porro hic ab haereticis consecrationis ritum perceperat, & veluti simplex, & rudis diuinorum dogmatum, quando offerrebat, in simplicitate, & innocentia dicebat quae non dicebant secundum rectam fidem, ignorans, quod falleretur. Per diuinam igitur dispensationem perrexit ad eum Diaconus quidam peritissimus diuinorum dogmatum. Contigit autem sanctum senem, praesente illo, sacrificium ² offerre. Dixit autem ei Diaconus: Verba, quae in offerendo dixisti, rectae fidei non sunt, sed haereticorum, & paruae opinionis hominum. Senex autem confidens, quoniam videbat Angelos dum offerrebat, non intendit his, quae dicebantur a Diacono, sed contempsit. Diaconus autem persistebat dicens, Falleris Abba. Non enim admittit fides Catholica ista, quae dicis, neque mater Ecclesia. Cum autem videret Diaconi constantiam in se arguendo senex, atque in oblatine salutari. Angelos, ut consueuerat intueatur, ait eis: Diaconus iste mihi haec, & ista dicit: